



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Hæresiarchæ in Sæculo V. dissoni Papis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

IX. *Primum Petri* asserit *Cyrrill. Alex.* l. 2. in *Ioan.* 12. *Aug.* 1. retract. c. 21. *Sozomenus* l. 3. c. 7. *Chrysof.* hom. 83. in *Matt.*

Hæc pauca in exemplum suffecerint: Sic enim ire per singula licet.

Hæresiarchæ in Sæculo V. diffoni Papis.

48. PELAGIUS indoctus primum in Sicilia, deinde in Rhodo utrumque orbem infecit. *an.* 410. Christi pythagorici gentilis librum fecit latinumque affinxit S. Xysto Papæ. Quam stropham notans S. Hieron. monuit S. Aug. qui allegatas à Pelagio, ut Papæ, religiosè explicare laborauit: at monitus retractauit. Dogmatizauit autem Brito ille monachus, *Peccatum originale non esse in hominibus: Sine Dei gratia impleri omnia Dei mandata posse. Adam factum esse mortalem, etiamque mortuus fuisset, si non peccasset: solum esse unum læsum peccato suo; non genus humanum. &c.*

Tales articulos vndenos damnauit dolote in Concilio Palæstino, *anno* 415. ne ipse damnaretur. At resiliens, istos, aliosque vulgare perrexit.

Confutatur ab Hier. & Aug. Damnatur in Concil. Mileuitano; & Carthag. *an.* 416.

Se catholicum simulans appellat ad Papam, *an.* 417. Rursum damnatus pro scribitur ab Honorio Imp. *anno* 418. & 420.

Pelagiani iungunt se Nestorio, *an.* 431. Sæpius suppressi, emergunt sæpius. Hydralernæa.

49. NESTORIUS Nepos Pauli Samosatani ex Presbytero Antiocheno

Episcopus Constantinop. exagitator hæreticorum, *anno* 428. fingere cepit *Duas in Christo Personas; & B. Mariam non esse Deiparam, sed Christiparam; fraude & vi hæresin propagauit, ac scripsit an.* 429. at quæ Deiparam execerari ipse uelauit. Eius arrogantia nec suis vitiolesterabilis, diram in Monachos feritatem exeruit. Coelestinus PP. damnationem ei minatur, *an.* 430. S. Cyrrill. Alex. eum condemnauit: at ab eo insimulatur Apollinarismi.

An. 431. Se iungit Pelagianis. Damnatur absens in Conc. Ephesino; Pellitur Epheso ab Theodosio: indulgetur ei monasterium ad pœnitentiam *an.* 435. Vbi calumnijs proscindens Imperatorem damnatur ad perpetuum exilium: in quo putrefactus, linguâ ab uerbibus exesâ, fœde exhalat, *an.* 436. Theodosius Nestorianorum libros conquiri, ex utriusque mandauit, *an.* 448.

50. EUTHYCHES Abbas, ut Nestorio contradiceret, finxit *Unam in Christo esse naturam post Unionem sicut una persona est.* Ita *an.* 448. Damnatur à Flauiano Episc. Constantinop. ibidem in Synodo ibid. Damnatus appellat ad Leonem PP. & Imp. Theodosium. At *an.* 449. per Encyclicam damnatur à S. Leone, Absoluitur è contra ab Dioscoro Alexandrino excommunicante Papam: Facinus inauditum! Ab eo prognati sunt *ACEPHALI* *an.* 482. 535. *SEVERTIANI* à Seuero Encratitarum resuscitatores: *AMENI; Iacobitæ. &c.* De Seuero vide in Sæculo VI.

51. PACIFICANTES ab Zenone Imp. orti, faciente Unionem inter Catholicos & Euthychianos.

52. PET. GNAPHÆVS Fullo pseudo-
monachus ad Eutychetis errores adie-
cit in trisagio: *Qui crucifixus est pro no-
bis: quasi S. Trinitatem totam diceret
esse passam.* Cœpit anno 471. hæresin
Theopaschitarum; damnatur à Simpli-
cio Papa Romæ an. 479. Xenam Ico-
noclastarum autorem assumit socium,
an. 485. & moritur post diras turbas an.
486.

Ad vltimum damnatus à Gelasio
PP. an. 494.

53. XENATAS Persa, seruus profugus,
nondum baptizatus à Pet. Gnaphæo
Fullone consecratur Hierapolitanus E-
piscopus an. 485. dictus postea Philoxe-
nus, primus autor Iconoclastarum exti-
tit an. 485.

Dogmatizauit, *Christi & Sanctorum i-
magines non venerandas; Angelos incorpore-
os forma corporea effigiare nefas: Puerile esse,
in columba fingere Sp. Sanctum.*

V A R I A

Testimonia Fidei historica
in Sæculo V.

ANNO CDI. S. Porphyrius, Episc. Ga-
zensis, contra pertinaces gentiles ciues
suos quid oraturus Eudoxiam adit Au-
gustam; Cui grauidæ roganti veniam,
quod Episcopo non occurrisset, is prædi-
cit parituram filium. Eo ad sua redeun-
te, dum sæua cooritur tempestas; ex re-
uelatione discit, ob nauclerum hæreticu-
m ortam; quo catechizato ac conuer-
so, mox omnia silent.

S. Martinus obit octogenarius.

S. Porphyrius an. 403. Manichæam
Gazæ, verbis & pecunijs multos per-
uertentem maledicit; continuoque mu-
ta moritur.

ANNO CDIV. Erectâ Eudoxiæ
statuâ contra templum, Sanctus Chry-
sostomus pro concione inuehitur: per
irratam coacto Concilio deponitur; ad
Papam appellans describit e. agcediam;
scilicet irruentes in ecclesiam: milites
asseruatum Christi sanguinem effudisse:
igne improviso totam deflagrasse.

Interim Eudoxiæ, dirè excruciatæ,
fœtus in vtero computruit; criminato-
res Chrysostomi varijs à morbis disper-
eunt; cum intruso Artacio commu-
nicat nemo.

ANNO CDIIX. Sanctus Chryso-
stomus moritur, solitus habere familia-
rem Sanctum Paulum; Angelosque
inclines sacrificanti adstantes.

Moriturque & Eudoxia, eius perse-
cutrix.

Atticus Episcopus Constantinopo-
litanus paralyticum baptizat Iudæum;
simul & sanat.

ANNO CDIX. Alaricus, Rex Go-
thorum, Romam obsidet; vt recedat,
etiam idola erant despolianda in li-
trum; id quod nullis adhuc edictis po-
tuerat obtineri.

Interim pudici Wandali impudi-
cam vastant Hispaniam.

ANNO CDX. Romam inuadit
Alaricus, Sacra vasa sanctaque cæte-
ra seruat intacta, etiam Virgines sa-
cras.